



Universitätsbibliothek Paderborn

**Sortes, Qvibvs, Ne Temere Cadant, Temperandis; Vel, Si
Temere Dvcvntvr, Castigandis, Divini Ivdicij Æqvitas
Semper Adest**

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1645

§. 4. Sortem, in dubio iuris, non facti, & sine præiudicio tertij, esse
adhibendam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52306](#)

per Sortes, indagare. Ut enim maior & perfectior coniunctio dependentiaq; esset, placuit illi, ut diuinam eius voluntatem à doctrina Ecclesiæ; à sacris litteris eiusdem Ecclesiæ sanctorumque Patrum authoritate declaratis; à superioribus nostris; à Confessarijs, ab alijs doctis piisque viris, non autem à Sortibus, disceremus. Quin neque in veteri lege eiuscmodi sortes ac signa, seu omnia licita fuere, nisi illis, qui ad eiuscmodi signa à Deo moti instigatique fuerunt. Vnde, malè ominati sunt Philisthæi, qui ex vaccarum arcam Domini vehentiū, ^{1 Reg. 6.} itinere gressuque, coniecerunt, an plaga ^{7.} eis immissa à Deo, an à casu obuenisset.

§. IV.

Sortem, in dubio iuris, non facti, &c., sine pre-iudicio tertij, esse adhibendam.

Qua ipsa de causâ etiam Iurisconsulti docent, non cuiuis & indistincte integrum esse, *ad indicium sortis* recurrere; sed tum demum, cum dubium de iure vertitur, factum autem certum est. Si enim de ipso quoque facto ambigeretur, *ad Sortis arbitriū* idcirco non concedunt deuenire, quod facta legitime & plenè per eum probari debeant, qui intentionem suam in his habet fundatam. Mo-

Accurs.
in l. 1.
verb. Phi-
bebit. C.
Vti possi-
det. Iason
in l. si
duobus 3.
c. comm.
delegat.
L. ei qui

72 Cap. III. De illicitarū & diabolicarum

ff de pro-
bat. l. a-
ctor C. e-
od tit.

Iason. in
l. huius-
modi. 86.

§. siis cui
de legat.

l. n. 17.

Angel.

Aretin.

in §. Op-
tionis.

Institut.

de legat.

n. 2. An-

gel.

Are-

tin. in §.

Sed si ex

testamē-

to. Instit.

de satis-

dat. tutor.

n. 4. Bald.

in l. memini-

tus. C. quando

& quibus

quarta pars,

lib. 10. Alciat.

in l. Gallus.

29. ff de lib.

& post-

hum. n. 65.

Vide Guidonem

Pancirollum lib.

rer. memorab.

cap. Fibula.

net Ang. Aretinus, si *Sorti* debeat esse locus, de præjudicio tertij agendum non esse. Quin Baldus aliquę statuunt, casus illos, in quibus *Sortem* adhibere velis, à iure expressos esse oportere. *Sorte* igitur, res dirimitur, si plures, quibus optio legata est, discordes sint, in eligendo: si de deponendis, apud aliquem, instrumentis agatur: si dubitetur, quinam prior cauſam dicere debeat: si, de seruis manu mittendis, quæſtio sit: si de diuīſione bonorum, inter cohæredes, facienda controuertatur: item si de liberis diuīdendis agatur. His talibus in casibus *Sortis* iudicio ſtandum censent, si quidem vtraque pars consentiat, vt *Sortis* iudicio controuerſia dirimatur; alterutra enim dissentiente, nihil agi, fatentur. Igitur dubium iuris, non dubium facti iura *Sorti* permittunt.

Bald. in l. memini-

tus. C. quando & quibus

quarta pars, lib. 10. Alciat.

in l. Gallus. 29. ff de lib.

& post-hum. n. 65. Vide Guidonem

Pancirollum lib.

rer. memorab.

cap. Fibula.

§. V.

Sortem consultoriam etiam olim rariū adhibita-
tam, quam diuīſoriam; nunc maximè
esse cauendam.

Quin, in veteri quoque lege, *Sortis* diuīſo-
ria